Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Dominica V post sancti Laurentii: Lesung aus dem Evangelium nach Lucas

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

Quid hoc clarius sacerdote · qui inter
hominum turbas gloria caelestis
conuersationis emicuit · atq; inter
angelicos coetus · & sua factus est
& aliorum morte conspicuus ·
Iustissime hic cum patriarcha dauid
cantauit dn̄o dō suo dicens ·
Cor meum & caro mea exulta
uerunt in dō uiuo · Exultauit
itaq; cor eius in dō uiuo · cum mo
rientis ac morituri saeculi uani
tate despecta · totum se diuinis
mancipauit obsequiis · Exulta
uit & caro eius in dō · quae de hoc
mundo non miseri corruptione
languoris · sed pius pro religione
supplicus consecrata migrauit ·
Hic est ille euangelicus pater fami
lias · proferens de thesauro suo
noua & uetera · qui ueteris nouiq;
testamenti unum atq; idipsum
misterium praedicans · ecclesias
xp̄i locu pletissima disputatione
ditauit · Incorruptibilis atq;
indefessus illius est hodieq; ther
aurus · qui pecuniam dn̄i sui num
mularius faenerans · cottidie in
corde fidelium caelestium diuiti
arum scām conquirit usuram ·
Quid igitur fratres tanto speciosi
us uiro · cuius haec est regula &
mensura sermonis · ut inter uarias
hominum causas motusq; diuersos ·
nunc affectione patris · nunc aucto
ritate doctoris · consoletur humiles ·
superbos comprimat · neglegentes
arguat · increpet infideles ·
Tanto deniq; decore sacerdotium qui
tamq; suam uir fidelissimus adorna
uit · ut doctrinam suam subsequen
tibus confirmaret operibus · do
minicam illam sententiam
tenens · qui docuerit & fecerit sic
magnus uocabitur in regno cae
lorum · Quam magnus hic
quamq; praecipuus in regno caelo
rum est · quem in omnem gloriam
sermo propheticus · uita mirabilis ·
& mors dō deuota sublimat ·
Nec inmerito fratres tanto cum ho
nore nominis eius memoria per
amplissima mundi spatia caele
bratur · quia per uniuersum orbem ·
ad firmamentum fidei nostrae ·
& passio eius & doctrina profecit ·

DOM V POST SCI LAURENTII ·
LEC SCI EUA SEC LUCAM

In illo temp · Et factum est cum in
traret ihs in domum cuiusdam princi
pis phariseorum sabbato manducare
panem · & ipsi obseruabant eum ·
Et ecce homo quidam ydropicus erat
ante illum · Et reliqua ·

LXXX SERMO UENERABILIS BEDAE PRESBITERI DE EADEM LECTIONE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg